

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2675

Auteur(s) : Mathieu Thacher [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Martin-du-Vieux-Bellême, Saint-Martin, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1285, janvier

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation au prieur et religieux de Saint-Martin-du-Vieux-Bellême, par Mathieu Thacher, de sa personne, de ses biens meubles et de dix sols tournois de rentes perpétuelles, assis sur son hébergement de la Thacherie.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 180, p. 179-180.

Texte établi d'après a

Universis.... Matheus Thacheir salutem in Domino.

Noveritis quod ego contuli et concessi me et totam partem mobilium meorum, presencium et futurorum ubicomque existentium, religiosis viris priori et fratribus Sancti Martini de Veteri Bellismo, et eisdem priori et fratribus post decessum meum habendam et possidendam, sine contradictione aliqua a me vel meis heredibus seu quoocomque alio super hec facienda. Insuper contuli et concessi eisdem religiosis decem solidos turonenses annui et perpetui redditus, sitos super herbergamentum meum de la Thacherie, com omnibus ad ipsum herbergamentum pertinentibus, terris, pratis, pasturis et rebus aliis quibusconque, habendos et possidendos a dictis religiosis quiete et pacifice super predictum locum et pertinenciis predictis a me et meis heredibus, seu a quibusconque ipsam hereditatem possidentibus, annuatim et in perpetuum prefatis religiosis apud Sanctum Martinum in festo sancti Remigii persolvendos.

Nec poterunt de predicta parte mea mobilium meorum alicui dare seu alienare sine concessione et voluntate predictorum religiosorum. Si autem contigerit me acquiramenta aliqua facere, aliquo tempore, post datam presencium, volui et concessi quod ipsi religiosi totam partem meam acquiramentorum predictorum libere et pacifice habeant et jure hereditario possideant, si voluerint et sibi viderint expedire ; hac condicione apposita quod si illa acquiramenta dicti religiosi acceptanda [viderint] cessabunt decem solidi annui redditus supradicti, nec tenebuntur heredes mei nec predicte hereditatis possessores solvere seu facere prefatis religiosis annuatim decem solidos supradictos. Si autem predicti religiosi maluerint predictos decem solidos, ut dictum est, quam partem acquiramentorum predictam, dicta acquiramenta heredibus meis remanebunt quita et libera, et tunc tenebuntur solvere annuatim predictos decem solidos annui redditus predictis religiosis, ut superius est expressum.

In cuius rei testimonium et munimen ego Matheus predictus predictis religiosis presentes litteras sigilli mei caractere una com sigillo decani Bellismensis contuli sigillatas.

Datum anno Domini M^o CC^o octagesimo quarto, mense januarii.